

magni qui ibi sint filios generant qui plus quam pro dimidietate similes illis pigmeis sunt qui sunt ita parvi. Ideoque tot istorum parvorum ibi generantur et nascuntur quod sine numero quasi sunt.¹

35. *De civitatibus Iamzai et Menzu.*

Dum per istud flumen del Talai sic irem transivi per multas civitates et veni ad unam que vocatur Jamzai,² in qua est unus locus nostrorum fratrum minorum. In hac etiam sunt tres ecclesiae Nestorinorum, scilicet virorum religiosorum:³ hæc civitas nobilis est et magna, habens bene xlvi⁴ vel lviii tuman ignium, quorum unum quisque tuman bene est x milia. In hac civitate sunt omnia illa quibus vivunt Christiani et sunt in copiâ magnâ.⁵ Unde Dominus istius civitatis solum de sale bene habet de redditu quinquaginta milia⁶ Tuman balisi. Balisus autem valet unum florenum et dimidium, et ita unum tuman balisi bene constituit quindecim milia florenorum. Verumtamen unam gratiam huic populo fecit Dominus iste. Nam sibi dimittebat ecce tuman ne⁷ caritudinem⁸ haberent. Hanc autem consuetudinem habet civitas ista; nam quando unus homo vult facere unum magnum pastum vel convivium suis amicis, ad hoc sunt hospicia deputata; nam illis hominibus qui hoc hospicium tenent dicet ille homo: Tu hospes facias mihi convivium istud pro quibusdam⁹ amicis meis, et pro illo volo expendere tantum; sic autem convivium mihi fiet bene et ordinate, et michi melius servietur ibi quam in domo mea propria.¹⁰ Hæc etiam civitas maximum navigium habet, per x miliaria ab ista civitate. In capite istius fluminis magni del Talai una alia civitas est quæ vocatur Menzu:¹¹ hæc civitas majus navigium et pulchrius habet quam alia civitas quæ forte sit in mundo. Omnes illæ naves albæ sunt ut nix, zesso¹² depictæ. In ipsis etiam sale¹³ hospicia multa quæ alia ita pulchra habent et ordinata, sicut unquam in mundo possent, unde est quasi quoddam incredibile audire et videre hujus navigii magnitudinem.

36. *De Flumine Caramoran, et de quibusdam civitatibus.*

Ab ista civitate recedens et transiens per iiiii dietas per multas terras et civitates per aquam dulcem, veni ad quamdam civitatem quæ vocatur

¹ *Ven.* adds hi pigmæi formosi sunt tam mares quam feminæ per magnitudinem suam, et feminæ nubunt in quinto anno; habent autem animam rationalem sicut nos; *Ut.* has the same, with famosi instead of formosi.

² *Ven.* Iamzay; *Ut.* Jamzai; *Far.* Iantu; *Hak.* Ianzu; *Mus.* Jancus; *Boll.* Ianzi; *Mare.* Jamzai.

³ *Far.* omits this explanation, which appears to be officious and inaccurate.

⁴ *Hak.* 48 Thuman simply; *Mus.* xlviⁱⁱ vel l thumam.

⁵ *Hak.* omnia victualia et animalia in magna copia, etc.

⁶ Both *Ven.* and *Far.* have manus, which seems a mistake; *Hak.* has 50 Thuman, but 200 below; *Marc.* mani di Thuman balis.

⁷ *Ven.* Balissius; *Far.* has balis autem 4 valet, etc.

⁹ *Ven.* has pro tot amicis meis.

⁸ *Ven.* carestiam.

¹⁰ This is wrong. It should be as in *Ven.*; et melius servitur eis quam in domo propriâ factum esset. *Far.* has to this effect also. *Hak.* has it stupidly Et per illum modum melius convivant amici in pluribus hospitiis quam facerent in unâ. *Mus.* to effect of *Ven.*

¹¹ *Far.* Menchu; *Hak.* Montu; *Mus.* Mencu; *Boll.* Mensy; *Marc.* Menzu.

¹² *Ven.* gippso.

¹³ Both *Ven.* et *Far.* have this sale, which I do not understand. If salæ for Halls, it should apparently have been salas. *Marc.* has in quelle vi sono le sale, alberghi e molte altre cose, etc.

¹⁴ *Ven.* viii; *Far.* octo, and so the others.